

In Cathedral Ecc^{ia} Novarien: adiunt tres dignitates
quas quilibet habet suam Prebendam separa-
tam; sed non participant de distributionibus, et
illae obtinentes habent etiam Canonicatus in ea-
dem Ecc^{ia} Cathedrali. Quæritur an hoc liceat absque
dispensatione. Stante maxime quod hoc idem ut
pluries alias servatum fuit. (V.)

Canonicatus sunt 39, et habent Prebendas distine-
tas, sed illis non sunt annexi aliqui ordines
um ex constitutionibus Ecc^{ie}; et ex antiqua consue-
tude octo ex Canonicis debent esse in ordine Pres-
biteratus, octo Diaconatus, octo subdiaconatus, et
octo Acolitatus. Et succedentes aliquibus ex ipsis
succedunt in eodem ordine, in quo illi constituti
erant, Licet Prebendas quisque optare possit
secundum antiquitatem sui Canonicatus, nulla
habita ratione ordinis minoris, vel maioris.
Quæritur an ordinarius possit, et debeat uni-
cuique Prebendam suum ordinem maiorem assigna-
re ex dispositione Concilii Tridentini sess.
XX. c. 17. et an ferre debeat, ut octo fauo-
rice in ordine Acolitatus deserviant, saltem
durante ipsorum vita. Et quid si aliqui ex eis
ante sacrum Concilium Tridentinum creati
numquam maiores ordines susceperint, an solum

preveniatur noce, et quid si post concilium nec susce-
perint, nec ad suscipiendos idonei reperiantur. (2)
Siquis obtinet duos Canonicatus, alterum in Ecclesia
Cathedrali alterum in collegiata quorum uterque
habet distributiones, et prebendas, et requirit re-
sidentiam an privari possit altero ex ipsis nisi
 doceat de legitima dispensatione a Sede Apostolica
obtinere, nil saltem cogi, ut alterum ex ipsis
dimittat. Et quid si utrumque habuit ante Conc.
Trid. Et quid si alter. tantum, et an sufficiat in
hoc, quod in collat. 2^a facta fuerit mentio prio-
ris, quem habebat. Et an sufficiat dispensatio
sola Epi. Et an consuetudo sola suffragetur. Et an
saltem possit privari non solum distributionibus
quotidianis, sed etiam fructibus Prebende illius
Canonicatus cui non deservit ex Conc. Trid. sess. XX
id. c. 12. (3)

An Canonicus sine dignitate habenti in Ecc. Colleg. quod
in Dioeci. posita sit liceat simul retinere Bene-
ficiam Curatam in eadem Terra si ex alia absque
Sedis Apostolica dispensatione. Et quid si utrum-
que Beneficiam obtinuit ante concilium Triden-
tinum, presertim si in illa collatione Cano-
nicatus, aut dignitatis facta fuit mentio de

Beneficio curato, quod obtinebat. Et quid si alte-
rum ex ipsis habuit post Concilium Tridentinum.
(4)
Ad sunt etiam nonnulli Canonicatus Curales, -
quibus loco Prebendarum constituta sunt plures
Ecclesiae Parochiales, quae tamen nullos habent
reditus, praeter Decimas, seu primitias, Canoni-
catas vero nullos habent distributiones, ulla
dicuntur preces horariae praeter vesperas die-
bus festis. Nam Canonici omnes praeter unum
accedunt, mutatis inter se hebdomadis, seu men-
sibus ad celebrandum, seu ad exercendum Cu-
ram animarum in illis Ecclesiis, quae, ut dictum
est, pro Prebendis assignatae sunt. In oppido
autem, ubi degunt ipsi etiam Canonici curam
animarum exercent omnium ibidem com-
morantium, cum nulli alij ibidem adsint
Curati, sed nullos habent redditus, nullasq.
etiam Decimas, aut Primitias ratione Ecclesiarum
oppidi, ubi commorant, sed solum ratione aliarum
Ecclesiarum pro Prebendis assignatarum quo-
rum plura videntur sequi absurda
Primo, sunt Canonici Collegiatae Ecclesiae, et nullas
preces horarias recitant, nec etiam missam
majorem diebus festis, sed tantum unam

missam parvam. Cuius si oppidum sit insignis
2.º in Ecclesijs Curatis loco Prebendarum assignatis
non resident, neque etiam constituerent possunt
perpetuum, vel amovibilem Vicarium obtinere
tatem reddituum, cum ~~habent~~ habeant Salas
Decimas, seu Primitias illarum Ecclesiarum,
ut dictum est. Et propterea Populi illi Ecce-
siarum Curatarum subiecti multa quotidie,
et incommoda, et detrimenta patiuntur, cum
nonnulli ex eis nati de numero sint, ut qui
excedunt ducentas, aut trecentas familias, aliqui
etiam distantes oppido ubi Canonici resident,
et duo, aut tria Milliaria aliquibus a locis, ubi
vici sunt alpestres, et montuosi, et flumina,
seu torrentes incessantes.

Et propterea forte expediret cogere Canonicos ad
residendum in illis Ecclesijs Curatis, ex quibus
Xmas, seu Primitias percipiunt, non autem
in oppido sub nomine Canonici, cum nulla
Canonici numerum exequantur, vel saltem re-
relinquerent Xmas, seu Primitias Presbiteris
ibidem residentibus, sine in totum saltem
pro dimidia parte, ne pauperes tres homi-
nes cognant. Xmas, seu Primitias solvere

non residentibus, et curam suarum anima-
rum exercentibus, ut deberent, ac etiam con-
ducere non absque magno sumptu aliquos
Presbyteros, qui Missam celebrarent, et curam
animarum laudabiliter exerceant, quod multo
magis dicendum est ratione novellorum qui
numquam accedunt ad illas Ecclesias, nisi semel,
aut bis in anno ob distantiam, et difficultatem
Locorum et cum accedunt ad celebrandum dum
mercedem inter ipsos convenientem exigunt. Et
Licet ex hoc diminueretur numerus Canonici
seu exercentur Curam animarum in oppido,
ubi degunt, et ad unum tantum redegerentur,
Hoc tamen parum videretur referre cum numero
Canonicali non exerceant, et Curam animarum
in oppido, ubi communarum.

Ita inter ipsos ad hebdomadas, seu menses parti-
tunt videtur unus tantum continue adfuit, qui
in ipso oppido missa sacrificium celebrat,
et Curam animarum exercet. Quod si et pro-
illo non remanerent redditus provideretur suffi-
cienter, non possent oppidani vixit conquirere
cum suis Ecclesijs nihil detrahere, et canonici

conueniens uideret, ut si ipsi uolunt curatos in
suis Ecclesijs, qui nihil possident residentes, saltem
decimas, seu Primatias ad eorum sustentationem
erogarent ex c. 13. sep. 24. et c. 4. sep. 21. Vel alia
opportuniore uia, prout magis expedire uide-
bitur indemitati, et saluti omnium, quod
quod ad prout magno indiscrimine profita est
consultatur

Hoc idem etiam recepitur in pluribus oppidis
Diocesis ubi licet non adsint collegiata
Ecclesia, nec Canonici, adsunt tamen plures
Curati, qui parum aut nihil percipiunt ex
Ecclesijs ubi degunt, sed habent decimas,
aut primitias aliarum Ecclesiarum longe
distantium, quae propterea plurimum
patiuntur, praesertim cum nullorum ex
eis cura animarum ab ipsis Curatis pro-
prie negligat. ab Locorum distantiam, et
difficultatem, et etiam quia tot habent Co-
pulos sua cura subditos, quod in omnibus
debita officia prestare nullo modo possint.
Et qui populi maiorem quantitatem de-

Decimarum, seu Primitiarum prebent nouit-
lij in Locis magis neglecti remanent, quibus
in commodis pro salute animarum omni-
ratione quam primum occurrendum uidetur⁽⁶⁾
An in Sancto Decreto Concilij Tridentini sess. 7. c. 8.
Licet Can^o retinere Cappellaniam quam
obtinet post ipsius Concilij publicationem in
eadem Ecclesia in qua habet Canonicatum,
et quae Cappellania habet annexum onus in-
feruendi Choro cum atriue numeri pro ipso
satisfacere nequeat⁽⁷⁾ et propterea Ecclesia non leve
detrimentum patiatur contra etiam Decretum c. 4.
sep. 25. et an possit cogi ad relinquendum alterum
ex ipsis Beneficijs tam et si utrumque obtinuerit
ante Conc^{um} Trid.

An in Sancto Decreto Tridentini sess. 22. c. 4. Cappellania,
cui annexum est onus celebrandi missae conferri possit
Cherico, qui neque Sacerdos sit, neque intra annum
Sacerdotij ordinem suscipere valeat, tametsi ad hoc
etiam Patronorum, et Episcopi consensus acceperit

(1^o) *Domini noster audite relatione congregationis Concilii respondit Archidiaconatum, Archipresbiteratum ex eo quod habent suos proprios fructus sufficientes posse in eadem Ecclesia simul cum Canonica retineri prepositura vero quia ex se habet fructus sufficientes non posse sed ex dictis fructibus deducendam esse tertiam partem convertendam in distributiones quotidianas juxta Decretum Concilii Cap. 3. sess. 22.*

(2^o) *Debet Episcopum ex Cap. XII. sess. 24. cum consilio Capituli uniusque debende assignare suum ordinem sacrum non obstant consuetudine vel statuto Ecclesie quod Cetero ex Canonici sint acolyti, et acolyti qui de presenti reperiuntur cum debent compelli ad suos ordines sacros dignitates suscipiendas, illos vero acolytos qui ad ordines sacros idonei non sunt carere voce in Capitulo*

(3^o) *Optinentes duos Canonicatus in diversis Ecclesiis ante Concilium posse utrumque absque dispensatione retinere post Concilium vero non posse absque dispensatione Apostolica per Cap. 4. sess. 7. et Cap. 3. sess. 24. et obtinentes utrumque legitime privari*

distributionibus quotidianis illius quibus non deservit

(4^o) *Dignitatem cum beneficio Curato absque dispensatione Apostolica neque ante Concilium potuisse obtineri; canonicatum vero cum beneficio Curato potuisse obtineri et post Concilium retineri sine dispensatione Apostolica teneri tamen Canonicum residere in Curato annuendis distributionibus quotidianis Canonicatus cui non deservit: post vero Concilium Canonicatum aut dignitatem cum beneficio Curato sine dispensatione Apostolica optineri non posse*

(5^o) *Episcopum habere revocandum h. qui vero Cap. extirpanda deprobant et Cap. 7. sess. 7. Concilii Tridentini, eoque uti posse pro ut sibi magis expedire videntur*

(6^o) *Episcopum posse ratione aliquam ex dispositione Concilii sess. 21. Cap. 7*

(7^o) *Non posse si post Concilium, non suffragare solam dispensationem sub eodem tecto; ante vero Concilium posse retineri cum dispensatione tamen ad duo Beneficia sub eodem tecto.*

(8^o) *Posse conferri nisi ex fondatione habeat adnexum omnes celebrandi Missas per se et non per alium*

Handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript. The text is written in a dark ink on aged, slightly discolored paper. The script is dense and fills most of the page, with some lines appearing to be headings or section markers. The text is written in a cursive script, likely a historical document or manuscript. The text is written in a dark ink on aged, slightly discolored paper. The script is dense and fills most of the page, with some lines appearing to be headings or section markers.

Handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript. The text is written in a dark ink on aged, slightly discolored paper. The script is dense and fills most of the page, with some lines appearing to be headings or section markers. The text is written in a cursive script, likely a historical document or manuscript. The text is written in a dark ink on aged, slightly discolored paper. The script is dense and fills most of the page, with some lines appearing to be headings or section markers.